106

1689

Joannes III Dei Gratia Rex Poloniae Mag: Dux Lithuan: Russiae Prussiae Masoviae Samog: Kijoviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeq.

Significamus praesen: Lris Nris quor interest universis et Singulis. Consentisse Nos, et permisisse, consentireq et permittere praesentium vigore Generosis Joanni Dzitkiewicz Subdapifero Bielscen: et Annae Zamoyska Coniugibus, ut possint et valeant, de omni et integro Jure suo Advitalitio, quod ipsis super Villam Dypultycze dict in Terra Chelmen: sit: servit, et competit, cedere illudq in Personam Gnosi transferre et transfundere. Quae quidem Cessio Jurisq Transfusio posteaquam coram actis quibuscunq authenticis Regni facta, et recognita fuerit Nos eam ratam, et gratam habituri sumus, uti eam, quae praesenti hoc Consensu Nro peragitur. Vigore cuius Cessionis praesentisq Consensus Nri praefat: Gnos dictam Villam cum omnibus Agri Gratis Campis pascuis Sylvis nemoribus Lacubus piscinis fluviis Molendinis Tabernis Aedificiis Subditis Monetq Laboribus censibus et emolumentis, aliisq attinentiis, et pertinentiis omnibus et singulis tenebit habeb: et possideb: ad extrema vitae suae tempora. Promittimus etiam Nro et Serenissimor Successorum Nror nomine, non esse Nos, neq Serenissimos Successores praefatum Gnosum a dicta Villa possessione amoturos, sed ipsi plene suo Advitalitio conservaturos. Ratione cuius Advitalitatis solitam Proventuum partem Quartam quotannis in Thesaurum Regni inferre tenebit. Juribus Nris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeq Cathol: Salvis. In quorum fidem praesen: manu Nra subscript: et Sigillo Regni communiri iussimus. Dat Die Mens Anno Dni MDCLXXXIX. Regni vero Nri XVI.

Joannes Rex

Consensus cedendi Villa Dypultycza in Terra Chelmen: Gnosis Dzitkiewicz et Annae Zamoyska Coniugibus in Person Gnos.

1689 [20 V po]